Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Ruth 228

& ad deos suos. Vade cum ea. Quę respondit. Ne aduersetur mihi
ut relinquam te & abeam. Quocumque progressus fueris pergam. Vbi morata fu
eris. & ego parum morabor. Populus tuus populus meus. & deus tuus
deus meus. Quę & te moriente terra suscepero in ea moriar. ibique
locum accipiam sepulturę. Hęc mihi faciat dominus & hęc addat. si inso
la mors me a te separauerit. Videns igitur noemi quod obstinato ruth
animo decreuisset secum pergere. adhortari noluit. nec ultra ad suos
reditum persuadere. Profectęque sunt simul. & uenerunt in bethlehem.
Quibus urbem ingressis. uelox apud uicinos fama peruolauit. Dice
bantque ei mulieres. Hęc ne illa noemi. Quibus ait. Ne uocetis me
noemi id est pulchra. sed uocate mara. id est amara. quia me ualde
amaritudine replenit omnipotens. Egressa sum plena. & uacuam re
duxit me dominus. Cur igitur uocatis me noemi. quam humiliauit dominus.
& afflixit omnipotens. Venit igitur noemi cum ruth moabitide nuru sua
de terra peregrinationis suę. & reuersa est in bethlehem. cum primum
hordea metebant. Erat autem uiro elimelech. cognatus. ca. ij.
homo potens & magnarum opum nomine booz. Dixitque ruth
moabitis ad socrum suam. Si iubes uadam in agrum & colligam
spicas quę metentium fugiunt manus. ubicumque clementis in me
patris familias repperero gratiam. Cui illa respondit. Vade
filia mi. Abiitque et colligebat spicas post terga metentium.
Accidit ut ager ille haberet dominum nomine booz. qui erat
de cognatione elimelech. & ecce ipse ueniebat de beth
lehem. Dixitque messoribus. Dominus uobiscum. Qui responderunt ei.
Benedicat tibi dominus. Dixitque booz iuueni qui messoribus preerat.
Cui est hęc puella. Qui respondit. Hęc est moabitis quę uenit
cum noemi de regione moabitide. & rogauit ut spicas col
ligeret remanentes; quę sequens messorum uestigia de ma
ne usque nunc stat in agro. & ne admoneam [illegible] tum domum quidem
reuersa est. Et ait booz ad ruth. Audi [illegible] filia ne ua
[illegible] das in alterum agrum ad colligendum. nec recedas ab hoc